

S. Red.

E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii directore
a. 1857 hereditate relletis.

G. f. 171.

EXSEQVIAS
VIRO
Ecclesia et Universitas
EXCELLENTISSIMO CONSULTISSIMO QVE
ERNESTO HENRICO
KNORRIO
IC.

SERENISSIMO POTENTISSIMO QVE
PORVSSIAE REGI A CONSILIIS ACADEMIAE
FRIDERICIANAE SYNDICO SECRETARIO
AC QVAESTORI MERITISSIMO
HEREDITARIO IN THIERBACH

IV. ANTE NONAS IANVARII

EVNDAS

CIVIBVS ACADEMICIS

INDICIT

ACADEMIAE PRO-RECTOR AC DIRECTOR
IVSTVS HENNINGIVS BÖHMERVS IC.
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PORVSSORVM REGI A CONSI-
LIIS INTIMIS ORDINIS IVRISCONSVLTORVM PRAESES
VICARIVS ET PROFESSOR IVRIS ORDINARIVS

HALAE SALICAE
OPERIC GRVNERTIADVM MDCCXXXIII.

AK

EXEGESES

1560

EXCELESTIUS COEURS A L'UNIVERSITÉ

ERNSTO HENRICO

KNOTIO

IC

SERENISSIMO LOUISIANISIMO
PORRAVE REGI A COMMUNE ACADEMIA

ERIDERICANUS ENNICIO SECRETARIO
AC OAVAS ORTUS

HEREDITARIO IN TERRAACH

IN AVIA MUNERE ET CAVITATE

1560

CINIBUS AQUATICIS

1560

ACADEMIE TUD-Rectoris AC Directoris

LATAS HENNIGENS DPHMRAS IC

EREBENISIMO AC FORTISSIMO LOCUSQVAM REGI A COMM

ETIS ILLUMINIS QVIRINIS VITRIOLIS ET TORNIS PRALIS

ALVARES ET TROASOR LARS ORDINIRIS

HENRIVS AVES

1560 CALVINA ET AL. EXCELSIT



DEcurso nuper anni temporis longo spa-
tio, quasi ad carceres nos a calce reuocauit hesternus dies,
quo annum, CHRISTO auctore, nouum auspicati su-
mus. Scilicet momenta fluunt, hora cedunt, dies pre-
tereunt, menses complentur, anni absoluuntur; & ita non
sentientibus nobis senectus obrepit, nisi fata immaturam
etatem precidunt. Enimvero quam pauci sint, quibus
non dicam ad grandem senectutem, sed ad prouefiam etatem peruenire licet,
vsque adeo notum est, vt verbis, ad hoc comprobandum, nullis omnino opus
sit. Si quis modo numeret funera, que illo, quem modo exegimus, auctumno
elata vidimus, haud magno labore colliget, quanto plures sint qui tenerima
& puerili etate abripiuntur, quam qui ad aliquem annorum numerum peruenie-
runt. Et quam ipsa illa, que viribus plurimum pollet, adolescentia, illeque
iuaenilis vigor, qui rebus gerendis aptissimus habetur, morti propulsande pa-
rum valeat, eodem discemus indicio. Atque adeo quilibet, quod temporis ad
viuentum conceditur, eo debet esse contentus, neque quisquam nostrum est,
qui scire posuit, quantum sibi tempus superfit, aut qui exploratum habeat se
ad vesperum esse vieturum. Quo magis pro se quisque eniti debet, vt, quan-
do aduenturus est ille dies, qui vniuersique extremus instat, sit quod permaneat,
ne totus, vna cum illo, quod praeerit, praeerfluat. Tantum autem remanet,
quantum vera virtus & christiana pietatis studio quisque consequitus est, pa-
triæque memori future commodauit: quo solo æterna felicitas & nominis gra-
ta recordatio apud optimum quemque comparatur. O felices nos & fortuna-
tos si hec animis nostris crebro obuersaria fuerit cogitatio, que non patierur
nos in tanta vita breuitate, vñquam vel otiori, vel alienis & ad nos nihil per-
tinentibus occupari, vel plane noxiis & saluti nostræ inimicis inescari. Qui
extra patriam, negotiorum principis vel alterius magistratus causa, versantur,
cui rationes gestorum a se omnium reddendas esse, nouerunt, nihil prius ha-
bent, nihil antiquius, quam vt ea peragant, quorum causa peregrinari se sciunt.
Hi, quoniam nesciunt quando debeant, iubente domino, domum reuerti, am-
plas possessiones in peregrina terra comparare, palatii extruere, magnificas
villas ædificare & exornare, hortos & agros consipere & conferere, nisi valde
imprudentes fuerint, omnino non cupiunt; probe gnari quam incerta sit eo-
rum conditio, qui superiori ad nutum parere, illo vocante aedes, illo iubente
aliorum concedere, quo quis momento, tenentur. Ita viuendum est, vt quouis
momento composita subduetasque rationes habeamus, quo vocatis a statione
descedere absque metu & formidine liceat. Ita degendum est in vita, non tam
quam habitemus domi, sed velut in diuersorio commoremur, absque que-
rela exituri, quando res & tempus iusterint: immo cum gudio & optima spe
eo conceffuri, vbi patriam esse & perpetuum domicilium, omni felicitatis ge-
nere abundantissimum, eognouimus.

Hæc quidem cogitare quum omni tempore conueniat, tum hoc potissi-
mum congruere videtur, quo iusta suprema peragere, primo hoc noui anni pro-
festo die, oportet viro de academia hac FRIDERICIANA per triginta & septem
annos præclarissime merito, qui cum ipso ad finem ruente anno migrationem
ex hac vita æquisimo animo suscepit. Est is vir quondam excellensissimus & do-
ctissimus ERNESTVS HENRICVS KNORRIVS, iuris diuinis & humani do-
ctor consulfissimus, Potentissimo PORVSSORVM REGI a consilio, Academie Fri-
dericianæ

dericiane Syndicus, Secretarius & Quæstor, hereditary in Thierbach: de cuius vita, maioribus, studiis ac meritis exponere, paucis quidem, oportet, ut omnes intelligent, quantam nos huius viuis obitu facturam fecisse sentiamus.

Lucem hanc adspexit in hac ipsa, qua honoribus ipsum exornauit, ciuitate, a. d. xxvi. Augufti A. clo loc. lxxviii. Eadem efficit patria, doctorum virorum omni tempore ferax, vt & bonarum scientiarum atque artium cultura vñibus suis aptaretur, & præclarissimis ad virtutem exemplis excitaretur. Neque longe perendit illis opus erat, quin patrem intueri, integerrimum virum, & patrii senatus principem, coquæ ostendente auum ac proauum abauumque emulari, ad omnem laudem sufficeret. Patre autem vñus est viro nobilissimo amplissimo & consultissimo FRIDERICO ERNESTO KNORRIO, I^octo & Reipubl. Halensis consule preclare merito: matre CATHARINA ELISABETHA, vii generosi HENRICI a CLAVSBRVCH, hereditary in Meufewitz & Thierbach, filia. Auum habuit virum amplissimum FRIDERICVM KNORRIVM, ciuicatis Halensis senatorem spectatissimum: auiam MARIAM, ANDRAE GLASERI, viri senatorii, filiam. Proauus ipsi fuit vir amplissimus IOANNES KNORRIVS, senator Halensis & hereditary in Neukirchen: qui genitorem veneratus est virum nobilissimum atque consultissimum IOANNEM KNORRIVM, Serenisimo Principi SIGISMVNDO, Magdeburgensi Archiepiscopo & Marchioni Brandenburgico a confiliis, nostri abauum.

Non immorabimur recensendis illis, ad virtutem & optimarum artium studia, pueritiae exercitationibus, quas, inspiciente & vrgente integerrimo ac prudenter genitore suo, in patria instituit, adscriptus florentissimo tunc gymnasio urbis huius, ex quo multi prodierunt insignes vni, qui nostra memoria summas dignitates adepti sunt hodieque cum amplissima laude & reipublica fructucentur. Quam primum autem etas satis confirmata permittebat, ad academias propinquas dimittebatur, vnde, tamquam ex opulentissimo bonarum artium mercatu, eas compararet opes, quibus patre illatis plurimum prodesset. Ienam primum concedit A. clo loc. lxxxvii. ibique, per duos admodum annos, philosophie preceptis & iurisprudentia primis doctrinis satis imbutus, altero vertente anno, fama potissimum illustris & immortalis STRYKII permotus, Wittembergam sibi adeundam statuit, vt ab huius viro doctissimo ore penderet. Dici vix satis potest quanto cum fructu scholis eius interfuerit, quamque iucunde hauserit omnem, hoc potissimum preceptor explicant, diuinarum humanaarumque rerum scientiam. Quanquam nec ceteros, qui in eadem schola tunc florabant, doctissimos viros neglexit: inter quos maxime coluit celebrissimum I^octum STRAVCHIVM, quo moderante primum publice vires pericitari ausus de ciuitate mortua non sine laude disseruit. Nondum latius optimarum doctrinarum studio, plenisime le excolendum poliendumque tandem permittebat academia Iuliæ, quam clo loc. xcii. ingressus per integrum annum illo studio incoluit, quo decebat finem academicæ peregrinationis prope iam imminere intuentem, idque ultimum esse stadium, quo pro corona certandum fit, apud se cogitantem. Nec successus optati desituerunt ardens inflammatumque studium. Anno enim altero, quum explorandum femer magnifica I^octorum ordini obtulisset, ita ab omnibus laudatus probatusque discessit, vt, publice proposita, & præside consultissimo EISENHARTO, defensa inaugurali dissertatione de manu mortua, licentiam summos honores more maiorum consequendi impetraret: quibus ipsum postea clo loc. cxixvi, nostra hæc academia, brabeuta D. HENR. BODINO, S. R. Maiestatis a confiliis ecclesiasticis & iuris Professore ordinario, etiam post fata celeberrimo, plenisime exornauit.

Accidit

Accidit deinde clo loc xv. vt academia hæc cognosceret opus sibi esse viro spectatae fidei, & iuris cognitione haud perfunctoria prædicto¹, cui id daret negotium, prouidere ne quid detrimentires sua caperet, aut priuilegia amplissima, sibi indulgentissime concessa, a quoquam violarentur. Omnia tunc suffragii electus noster, & a Serenissimo Conditore confirmatus fuit, Syndicus vniuersitatis huius litterariae: cui amplissimo munera tam longo tempore ita fastis fecit, vt nemo eius fidem, industriam desiderauerit. Atque vel inde patet, quantum academia ipsi sisa fuerit, quod non alium quam ipsum hunc expetierit, qui Secretarii & Questoris sui munere fungeretur, quum A. clo locc xiv. accidere, vt LVDOV. GEBHARDVS KRAVTHVS sustinere hæc officia non valeret, quoniam Sacro Tribunal Ducatus huius, cuius a secretis etiam erat, Magdeburgum translato, eodem commigrare opus erat. Delatis igitur in ipsum illius vicibus tamdiu functus est, donec clo loc cc xxv. rebus humanis iam exēto KRAVTHIO, in plenū ius succēsif. Potentissimus etiam Rex PO-RVSSIAE codem A. clo locc xiv. quanta clementia virum hunc prosequeretur, testatus est, quum ipsum consiliarii dignitate exornaret.

Tam multis negotiis distracto viro, & fere obruto, opus erat fida comique socia, qua rei familiaris curam sustineret, assiduisque curis attritum & defatigatum recrearet. Hanc sibi elegit CHRISTINAM SOPHIAM, viri summe reverendi & celeberrimi IOANNIS RITTMAYERI, cœnobii Mariæbergensis prope Helmstädtum Präpositi, ad B. Stephani archidiaconi meritissimi, totiusque ministerii seniori venerandi filiam, virginem omnibus, quæ in hoc sexu laudari debent, dotibus ornatisimam, quam, clo loc xciii. domum mensē Se-prembri duçtam, omnibus amantisimam mariti officiis ita prosequutus est, vt nihil reliquum faceret, quod a tenerissimo amore & pietate proficiſci posset: quemadmodum ipsa etiam nihil aliud curabat, quam vt fide, obsequio & rei familiaris, præcipue vero dulcisimorum pignorum liberali prouidaque cura, amoris eius responderet. Quo magis ipsi graue vulnus inflictum sentiebant omnes, quum summo rerum humanorum arbitrio visum esset honestissimam matronam clo loc ccix. a confortio eius diuellere, & meliori, quam felicissima in his terris singi potest, vita beare.


Suscepit ex hoc primo coniugio filii sunt quatuor, duæque filiae: ex quibus superstites tres amantisimi parentis funus acerbis lacrymis prosequuntur, vir excellētissimus & consultissimus D. CAROLVS GOTLIBVS, iuris in hac Fridericiana Professor ordinarius, collega noſter coniunctissimus: MARIA SOPHIA, primum matrimonio sociata D. CONR. FRIDERICO REIN-HARDO, iuris & philosophiæ apud nos quondam Professori publico, quo pie defuncto, viro consultissimo D. FRIDERICO WIDEBVRGIO, itidem professori publico & collega noſtro, in manus conuenit; ac denique FRIDERI-CVS ERNESTVS, iurium candidatus, qui magnam de ſe ſpem præbet, fore, vt, maiorum vestigia pulcherrima legendo, viuam illorum exprefſamque imaginem patriæ conseruet.

Quo vero viduitas tœdia abſtergeret, familiæque ſuæ rebus conſuleret noſter, habita ſatis ardui negoti matura deliberatione, eodem anno finiente, vita torique ſociam ſibi expetiuit nobilissimam, neque minus formæ quam vir-tutum plurimis dotibus cumulatisimam virginem, IOANNAM DORO-THEAM, viri nobilissimi & artis ſalutaris operibus felicissimis quondam conſpicui D. WOLFGANGI CHRISTOPHORI WESENERI, ciuitatis huius & circumiecti tractus phyſici ordinarii filiam: quæ, cum maritum perpetua calti-amoris & obſeruantiae comprobatione per hos viginti & tres, qui excedunt, annos felicissimum præſiterit, ipſeque in eodem respondere numquam defiſiterit, omnes cognoscunt, quam non mediocri calamitate affictam ſeſe ſentiat,

tat, quæ lacrymandi modum non habet. Ex hoc autem matrimonio sex liborum sibi succreuit, quorum tres modo superfites, duæ virgines lectissimæ JOANNA REGINA & CHRISTIANA CHARLOTTA, ac preclare indolis optimæque spei filius IOANNES FRIDERICVS, dum parentis alterius iacturam lamentantur, vnico seculo solatio nunc erigunt, quod alteram a salutis sue cura non cessatram confidere possunt.

Supereft ut commemoremus quem exitum ex hac vita haberuerit vir meritis-
simus, de cuius vita & fatis hactenus dictum est. Multis ipsum laboribus & cu-
ris obrutum tot annis vixisse facile intelliget, qui confiderauerit, quot muneri-
bus, quorum singula plures deflasse posseunt, minus, quam ipse fuerat, ex-
peditos, solus sufficerit. Hæc tamen ita tolerauit omnia, ut sexagesimum an-
num excederet, ante quam vires sibi deficere animaduerteret. Tamquam vero
præfigus propinqu ex hac vita discessus fuisset animus, cœpit de rebus com-
ponendis mature cogitare, vtroque petit a senatu nostro, ut disperceret, quos
sibi iam fesso sufficiendos existimaret. Quæ res quam ex Potentissimi Regis sen-
tentia confecta esset, optimum senem adorsus est morbus, qui non maximus mo-
menti initio quidem videbatur. Nam quum circa Nouembris exitum frigore
insolito, & ventorū borealium sauitia, corpora subito constringerent, &
per omnes fere domos essent, qui, cum ceteris defluxionum molestis, tusi &
angina quadam pituitosa laborarent: eandem quoque fortem subiisse nostre vi-
debatur. Ad opem vocatus collega noster, Excellentissimus D. IOANNES
IVNCKERVS, medicinisistis, quæ idem malum plurimis absterrerant, adhibi-
tis, eo rem deducebat, ut magna spes reddenda salutis affulgeret: ceterisque
iam profligatis tantum de viribus, diætae commodissima via, recuperandis co-
gitandum videretur. Enimvero tunc demum cooperante profundijs ra-
dicati morbi clarissima signa. Nam quum antea anhelosus fuisset, nunc rauce-
do phthifica, & virium præcepis lapsus, scirrhosas in pulmonibus collectiones,
qua diu delitierant, manifestius prodiderunt: quibus quidem obuiam ire, sed,
ipsa iam deficiente natura, frustra laboratum est. Quod vbi ipfem intellexit
vir optimus, tantum abfuit, vt imperatoris vita rerumque nostrarum omnium
iussi refragaretur, vt potius tranquillo & æquisimo animo illam horam expes-
ceret, qua animam reposcenti DEO traderet. Inter hæc non desstit, abdica-
tis, quæ ad hanc mortalem vitam pertinent, omnibus ea meditari, quæ æter-
na sunt, & mentem pacere illis doctrinis, quæ IESV nascentis gratia mortalibus adfert. Qualia cogitantem & ex adstantibus percipientem anima placide de-
seruit, & confecit tot annorum laboribus corpuculum illis, quorum pietas
hanc curam haud esset subterfugitur, triste autem sui desiderium nobis reliquit,
qui candorem, modestiam, fidem diligentiamque beati viri nulla obliuione ab-
olendam permitemus.

Quod reliquum est, Cives Academiæ, obnixe vos officioseque rogamus,
velitis memoria beati viri, qui tantum pro nobis laborauit, & afflictissimæ do-
mui eius, hoc dare, vt funus, decenti pompa hodie efferrendum, frequenti co-
mitatu prosequamini. Primum hoc est funus, quod hoc anno deducimus:
quis ex nobis vel vobis proximus futurus sit, ex æquo ignoramus. O nos fe-
lices, si a mortis, omnibus tandem necessariæ, cogitatione numquam
recesserimus. P. P. postridie Kalendarum Ianuarii
anno MDCCLXXXIII.



78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
kotl. nicht vergeben!



56.

KOT

Ratio



EXSEQVIAS V I R O *EXCELLENTISSIMO CONSULTISSIMO QVE* ERNESTO HENRICO KNORRIO IC.

MO POTENTISSIM QVE
EGI A CONSILIIS ACADEMIAE
NAE SYNDICO SECRETARIO
ESTORI MERITISSIMO
ITARIO IN THIERBACH

IV. ANTE NONAS JANVARII

EVNDAS

IBVS ACADEMICIS

INDICIT

E PRO-RECTOR AC DIRECTOR
NINGIVS BÖHMERVS IC.
TENTISSIMO PORVSSORVM REGI A CONSI-
RDINIS IVRISCONSULTORVM PRAESES
T PROFESSOR IVRIS ORDINARIVS

HALAE SALICAE

GRVNERTIADVM MDCCXXXIII.

